



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Svper Kinchnavv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**



## SVPER KINCHNAVV.

IN NOMINE SANCTAE ET  
individue Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA FAVEN-  
te gratia Rex. IV.

**P**lantationis cuiusq; surculus trunco viridi impu-  
tatus, quanto sapius aquis circumfusis irrigatur,  
tanto citius ramis crescentibus in arborem erigitur.  
Ecclesias igitur DEI comparationi eidem  
nos recompensantes ubicunq; locorum nouiter plantatas si bo-  
nis nostris aliquanto benignius adhibitis subleuamur, tanta  
eas citius in diuina laude feliciter excrescere, tantog; nos fir-  
mius imperij nostri culmen stabilire fideliter confidimus.

Quapropter omniam DEI nostrig; fidelium vniuersitati  
notum volumus, qualiter nos ob interuentum ac petitionem  
dilectae coniugis nostrae Chunigundæ Imperatricis Augustæ,  
& Brunonis Augustensis Ecclesie Præsulis, & caterorum  
fidelium nostrorum Eberhardi Ratisponensis, Bennonis  
Patauiensis Episcoporum, ad Ecclesiam sitam in Eremo, quæ  
vocatur Nortvvald à Guntherio monacho, & inibi primi-  
tus eremiticam vitam ducente, constructam, in honore victo-  
riossimæ crucis sanctæq; DEI genitricis Mariæ, nec non B.  
Ioannis Baptistæ, in usum fratrum ibi DEO sub regula S. Benedi-  
cti seruentium, quicquid habuimus, à fonte aquæ, quæ voca-  
tur Leipflusa, vsq; ad locum, qui vocatur Svartahvvinchil,  
& inde vsq; ad montem, qui vocatur Ekkirischbuch, & ita vsq;  
ad aquam, quæ vocatur Forchenbach, & inde ad Holeren-  
berch vsq; dum venias Plechentenstein, & inde ad Grachen-  
bach

\*Villam.

bach, & sic ad fontem ipsius aqua, & ita per aquam, qua dicitur Flinsbach, & hinc, ut subterminatum est, ad flumen Regin, & per descensum Regin fluminis vsq; in \* illam Piberach, qua duarum Piberach media interfluit, & sic sursum per eandem Piberach, vsq; ad lacum, qui est in mōte Hadavich, & inde per decursum aqua, qua vocatur Sebach, & sic inde, ut modo terminatum est, vsq; ad locum, ubi Kelbirbach cadit in album Regin, vsq; in Affaltresberch, & inde ad magnum lapidem, qui ex orientali plaga prope stratam iacet, qua Bavvariā tendit, & sic per stratam, vsq; ad nigrum Regin, & sursum per eundem fluvium, ad locum ubi interfluit aqua Fladinz, & inde ad fontem eiusdē aqua, & ita vsq; ad Nauffinna, cum omnibus utensilibus, cum arvis, adificiis, agris, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inuis, exitibus, & reditibus, quæ sitis & inquirendis, seu cum omni utilitate, qua ullo modo inde provenire poterit, per hoc nostrum preceptum, in proprium donauimus, atq; confirmauimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulterius absq; eiusdem cella prouisoris suorumq; successorum licentia, potestatem habeat noualia faciendi, piscandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, aut qualibet potestate, infra prescriptum terminum exercendi. Et ut hac donationis nostræ auctoritas, stabilis atq; inconuulsa omni permaneat auo, hanc chartam inde conscriptam subtusq; manu propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri, Data VII. Idus Iunij, Indiē. VII. Anno Domini MIX, Anno vero Domini Heinrichi secundi, VIII. Actum Merseburg. In  
DEI nomine feliciter.

SVPER